

Ordonnance de Jacques II d'Aragon en date du 19 juin 1311 portant sur le mode d'élection des magistrats de la ville de Huesca et leurs prérogatives (restitution et traduction B. Jeanjean, HCTI, Brest).

Nouerint uniuersi quod cum ad audienciam nostri Iacobi Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, ac comitis Barchinone peruenisset quod inter aliquos probos homines ac partem magnam hominum ciuitatis Osce uicissim, questionis et dissensionis materia exorta fuerat super electione uidelicet et aministracione iuratorum ciuitatis ipsius et super quibusdam aliis controuersiis, que inferius declarabuntur; idcirco adeuntibus nostram presenciam ratione predicta iuratis nunc probis hominibus, et uniuersitate ciuitatis predictae nobis humiliter supplicantibus ut circa premissa dignaremur de salubri et competenti remedio prouidere, nos propterea quibus inter ceteras sollicitudinis nostre curas id magis occurrit precipuum per quod omnis inter subditos dissensionis et scandali tollatur occasio et status reformetur pacificus et tranquillus, uiam et modum erga premissa studuimus perquirere congruum sicuti inferius declaratur.

Vnde nos Iacobus Dei gratia rex predictus, ad comunem utilitatem et bonum statum totius uniuersitatis et concilii ciuitatis predictae, uolumus, ordinamus et statuimus quod decreto imperpetuum sint octo iurati in dicta ciuitate, ipsis bene et fideliter in dicto officio se habentibus, qui in primo uenturo festo Omnium Sanctorum et deinde quolibet anno imperpetuum in eodem festo eligantur sub forma que sequitur: uidelicet quod in quolibet quartono ciuitatis ipsius scilicet quartoni de Remian, quartoni de Alquibla, quartoni sancte Marie magdalene et quartoni porte Montisaragonii, in die festi predicti Omnium Sanctorum, in mane, anno quolibet congregetur capitulum generale uicinatorum quartoni cuiuslibet predictorum.

Et dictum capitulum eligat ex se quatuor probos homines et suficientes seu in maiori numero uel minori, ut eis uidebitur; quorum electorum nomina scribantur in singulis cedulis papireis;

Que tous sachent que, comme nous, Jacques, par la grâce de Dieu roi d'Aragon, de Valence, de Sardaigne et de Corse, et comte de Barcelone avons eu connaissance qu'un objet d'interrogation et de désaccord s'était présenté entre quelques hommes de bien et, d'autre part, une grande partie des hommes de la cité de Huesca à savoir à propos du choix et de l'administration des jurats de cette même cité et à propos d'autres controverses qui seront précisées ci-dessous; comme à cause de cela les hommes de bien actuellement jurats viennent nous trouver pour la raison susdite et que l'ensemble de la susdite cité nous supplie humblement de daigner apporter un remède salutaire et adapté au problème soulevé; à cause de tout cela, nous, pour qui, parmi tous les autres soins qui nous incombent, avons particulièrement à cœur de supprimer toute occasion de désaccord et de scandale entre nos sujets et de rétablir la paix et la tranquillité, nous nous sommes appliqués à en rechercher la voie et le moyen adéquats comme il est précisé ci-dessous.

Voilà pourquoi nous, Jacques, par la grâce de Dieu Roi susdit, dans l'intérêt commun et le bon ordonnancement général de l'ensemble de la cité susdite et de son conseil, voulons, ordonnons et établissons que dorénavant, selon notre décision, il y ait dans ladite cité huit jurats qui s'appliquent bien et fidèlement à ladite charge et qui soient choisis lors de la prochaine fête de Tous les Saints et, par la suite, dorénavant, chaque année lors de la même fête selon la procédure que voici: à savoir que dans chaque quartier de cette même cité, c'est-à-dire, dans le quartier de Remian, le quartier d'Alquibla, le quartier de sainte Marie Madeleine et le quartier de la porte de Montearagon, chaque année, le jour de la susdite fête de Tous les Saints, le matin, le chapitre général des habitants susdits de chaque quartier soit réuni.

Et que ledit chapitre choisisse en son sein des hommes de bien et assez dignes au nombre de quatre, ou davantage ou moins, selon ce qui semblera bon; une fois ces hommes choisis, que leurs noms soient écrits sur des feuilles de papiers distinctes;

Ordonnance de Jacques II d'Aragon en date du 19 juin 1311 portant sur le mode d'élection des magistrats de la ville de Huesca et leurs prérogatives (restitution et traduction B. Jeanjean, HCTI, Brest).

que quidem cedula in singulis globis cere unius magnitudinis includantur et globi illi cerei ponantur in uase aliquo pleno aqua et tunc euocetur aliquis transiens per uiam qui ponat seu mittat manum in uase predicto et inde extrahat duos globos qui inde extracti apperiantur ; et illi duo quorum nomina scripta reperientur in cedulis inclusis in globis predictis iurent super Cruce et sacrosanctis Euuangeliiis Domini Nostri Ihesu Christi in presencia capituli supradicti quod ipsi secundum scire suum eligant bene et legaliter suficienciores illius quartoni ad exercendum officium iuratorum. Quo sacramento prestito habeant aliquem notarium publicum qui iuret in presencia dicti capituli scribere legaliter et sine fraude aut machinatione aliqua nomina suficienciorum qui per illos duos electores reperientur et non reuelare alicui persone aliquo tempore qui erunt illi electi pro suficiencioribus.

Et incontinenti illi electores duo separent se ab aliis cum dicto notario et eligant suficienciores quartoni ad dictum iurate officium exercendum et scribant illorum nomina atque sua in singulis cedulis ; que siquidem cedula includantur in singulis globis cere equalibus ; qui globi ponantur in uase aliquo pleno aqua ; quod quidem uas teneat publice in manu[s] alter de electoribus supradictis et tunc uocetur per alterum de ipsis electoribus aliquis puer de facientibus transitum per uiam, qui ductus ad locum ubi fient predicta, ponat manum in dicto uase et inde extrahat duos globos, et illi quorum nomina reperientur scripta in duobus globis predictis extractis in illo anno iurati existant quaterni cuius erunt. Ceteri uero globi in aqua remanentes continuo lacerentur aut comburantur ita quod ultra legi non possint.

que ces feuilles soient insérées dans des boules de cire distinctes et de même taille et que ces boules de cire soient placées dans un vase rempli d'eau et qu'on fasse venir un passant pour qu'il place ou introduise sa main dans le vase susdit et en sorte deux boules qui, une fois sorties, seront ouvertes ; et que les deux hommes dont les noms auront été trouvés écrits sur les feuilles insérées dans les boules susdites, jurent sur la Croix et les sacrosaints Evangiles de Notre Seigneur Jésus Christ, en présence dudit chapitre, de choisir eux-mêmes, bien et conformément à la loi, selon leur connaissance, des hommes assez dignes de ce quartier pour exercer la charge des jurats. Une fois ce serment prêté, qu'ils s'adjoignent un notaire public qui jure, en présence dudit chapitre, d'écrire conformément à la loi et sans tromperie ni machination aucune le nom des hommes assez dignes qui seront trouvés par les deux hommes chargés du choix et de ne révéler à personne, à aucun moment, qui seront ces hommes choisis comme assez dignes.

Et tout de suite après, que ces deux hommes chargés du choix se séparent des autres avec ledit notaire et choisissent les hommes du quartier assez dignes pour exercer la dite charge de jurat, et qu'ils écrivent les noms de ceux-ci, ainsi que leurs propres noms sur des feuilles distinctes ; que de plus ces feuilles soient insérées dans des boules de cire distinctes et égales ; que ces boules soient placées dans un vase rempli d'eau ; puis que l'un des deux hommes susdits chargés du choix tienne publiquement ce vase dans ses mains et que, parmi les passants, un enfant soit alors appelé par l'autre de ces hommes chargés du choix ; que cet enfant, conduit là où se feront les procédures susdites, place sa main dans ledit vase et en sorte deux boules ; et que les hommes dont les noms auront été trouvés écrits dans les deux boules sorties susdites, soient cette année-là jurats du quartier auquel ils appartiennent. Quant aux autres boules qui restent dans l'eau, qu'elles soient aussitôt mises en pièces ou brûlées de façon à ce qu'elles ne puissent plus être lues.

Ordonnance de Jacques II d'Aragon en date du 19 juin 1311 portant sur le mode d'élection des magistrats de la ville de Huesca et leurs prérogatives (restitution et traduction B. Jeanjean, HCTI, Brest).

Post hec in continenti nomina iuratorum anni illius sic electorum in quatorno quolibet predictorum defferantur scripta in quadam cedula ad domos Caritatis in quibus iurati anni proximo precedentis debeant existere congregati. Qui nomina ipsa recipiant et ea nobis per litteram suam notificent ut est fieri assuetum ut, postquam eos quorum nomina notificata nobis ut predicatur fuerint, per litteram nostram confirmauerimus in iuratos uti possint officio supradicto.

Ante confirmationem autem predictam dictum iurate officium exerceri uolumus per iuratos anni proximo precedentis. Cum uero iurati ipsi ut predicatur electi per nos fuerint confirmati, uolumus quod priusquam aministrent, prestent corporaliter sacramentum super Cruce Domini Nostri Ihesu Christi et sacrosanctis Eeuangeliis in posse Calmedine nostri Osce, quod bene et fideliter in dicto officio se habebunt et iura ac regalia nostra ac iura ciuitatis conseruabunt fideliter toto posse. Quo sacramento prestito iurati ipsi utantur ex istuc ut predicatur officio iuratorum.

Et illi qui iurati semel fuerint nequeant eligi in iuratos infra quatuor annos sequentes continue post annum illum quo iurati fuerunt, quod non solum de officialibus futuris intelligi uolumus set eciam de transactis. Prohibemus autem ne iurati predicti salarium ulterius percipiant a dicta ciuitate set sint contenti coloniis et iuribus que antiquitus consueuerunt recipere et habere ; qui siquidem iurati in fine sui regiminis teneantur anno quolibet de gestis et aministratis per eos iuratis anni continuo subsequentis et eorum consiliariis reddere compotum at eciam racionem.

Ordinamus eciam et iubemus quod aque discurrentes per terminos ciuitatis Osce predicte ordinentur et diuidantur deinceps per habentes hereditates in singulis terminorum predictorum

Après quoi, que les noms des jurats susdits de cette année-là, ainsi choisis dans chaque quartier, soient aussitôt apportés, écrits sur une feuille, aux maisons de la Charité dans lesquelles les jurats de l'année immédiatement précédente devront se tenir assemblés. Que ceux-ci reçoivent les noms mêmes et nous les notifient par lettre, comme à l'accoutumée, afin que, une fois que nous aurons confirmé en tant que jurats ceux dont les noms nous auront été notifiés comme on l'a dit, ces derniers puissent exercer ladite charge.

Cependant, avant la confirmation susdite, nous voulons que ladite charge de jurat soit exercée par les jurats de l'année immédiatement précédente. Mais une fois que les jurats mêmes, choisis comme on l'a dit, auront été confirmés par nous, nous voulons qu'avant d'administrer, ils se présentent en personne à notre Calmedina d'Huesca et fassent sur la Croix de Notre Seigneur Jésus Christ et sur les sacrosaints Evangiles le serment de s'appliquer bien et fidèlement à ladite charge et d'observer fidèlement de tout leur pouvoir nos droits et nos prérogatives royales ainsi que les droits de la cité. Une fois ce serment prêté, que les jurats eux-mêmes exercent à partir de là, comme on l'a dit, la charge des jurats.

Et que ceux qui auront été jurats une fois ne puissent être ensuite choisis comme jurats pendant les quatre années suivant immédiatement l'année où ils auront été jurats ; et nous voulons que cette disposition s'entendent non seulement des charges à venir mais aussi de celles qui sont passées. Cependant, nous interdisons que les jurats susdits perçoivent plus longtemps un salaire de ladite cité, mais qu'ils se contentent de retrouver et de posséder les propriétés et les droits dont ils avaient auparavant l'usage ; que de plus chaque année ces jurats soient tenus, au terme de leur exercice, de rendre compte et même raison de leurs actions et de leur administration aux jurats de l'année immédiatement suivante et à leurs assesseurs.

Nous établissons et nous ordonnons également que les eaux qui coulent à travers les territoires de la susdite cité d'Huesca soient désormais réparties et divisées par ceux qui possèdent des biens dans l'un des territoires

Ordonnance de Jacques II d'Aragon en date du 19 juin 1311 portant sur le mode d'élection des magistrats de la ville de Huesca et leurs prérogatives (restitution et traduction B. Jeanjean, HCTI, Brest).

<p>aut per constitutos ad hoc ab eis, prout antiquitus fieri consuevit, neque de hoc iurati predicti intromittere audeant uel presumant.</p> <p>Insuper autem ordinamus, decernimus et inhibemus quod iurati predicti non uendant ulterius herbas seu pasthua terminorum dicte ciuitatis aliquibus personis. Verum tamen si uendi contingat uendantur de uoluntate et assensu tocius concilii dicte ciuitatis et precium quod inde habebitur in comunem utilitatem tocius concilii conuertatur nec illud sibi applicent dicti iurati aut officiales alii ciuitatis.</p> <p>Mandamus itaque per presens priuilegium nostrum uniuersis et singulis habitatoribus ciuitatis Osce predicte presentibus et futuris quod prescriptam ordinacionem nostram et alia et singula superius comprehensa et declarata inuiolabiliter teneant et obseruent et contra ea non ueniant aliqua racione. In cuius rei testimonium presens priuilegium fieri et sigillo nostro pendentis iussimus comuniri. Dat. Osce XIII Kalendas Julii, anno Domini millesimo trescentesimo undecimo. Explicit</p> <p>Signum [+] Jacobi Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone.</p> <p>Testes sunt          Martinus Oscensis episcopus          Petrus Abbas MontisAragonii          Petrus domino de Ayerbe          Eximinus Cornelii          Eximinus de Focib(us)</p> <p>Sig[+]num mei Egidii Petri de Buysan scriptoris dicti domini regis et auctoritate eiusdem notarii publici per totam terram et dominacionem eius qui hec scribi feci et clausi loco die et anno prefixis.</p>	<p>susdits ou par ceux qui ont été établis par eux pour cela, selon la coutume établie auparavant, et que les jurats susdits n'aient pas l'audace ou la prétention de s'en mêler.</p> <p>Cependant, nous établissons, nous décrétons et nous décidons de plus, que les susdits jurats n'aillent plus vendre à personne les herbes ou le fourrage des territoires de ladite cité. Mais s'il arrive qu'on en vende, que la vente se fasse avec la volonté et l'accord de tout le conseil de ladite cité et que le prix qu'on en tirera serve à l'intérêt commun de tout le conseil sans que lesdits jurats ou les autres magistrats de la cité ne se l'attribuent à eux-mêmes.</p> <p>C'est pourquoi, par notre présent privilège, nous mandons à l'ensemble et à chacun des habitants présents et à venir de ladite cité d'Huesca de respecter et d'observer de façon absolue l'ordonnance que nous prescrivons, ainsi que chacune des autres décisions prises et proclamées précédemment, et de n'y contrevenir sous aucun prétexte. En témoignage de quoi nous avons ordonné que soit établi le présent privilège et qu'il soit renforcé par notre sceau pendant. Huesca, en date du XIII des Calendes de Juillet dans l'année du Seigneur mille trois cent onze. Fin</p> <p>Signature [+] de Jacques, par la grâce de Dieu roi d'Aragon, de Valence, de Sardaigne et de Corse et comte de Barcelone.</p> <p>Les témoins sont          Martin, évêque d'Huesca          Pierre, abbé de Montearagon          Pierre, seigneur d'Ayerbe          Eximinus de Cornelius          Eximinus de Focibus</p> <p>Sig[+]nature de moi-même, Egidius Pierre de Buysan, secrétaire dudit seigneur roi et notaire public par l'autorité du même par toute sa terre et tous ses domaines, qui ai écrit et scellé cette ordonnance aux lieu, jour et année susdits.</p>
--	---